



26. 15






Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-351318-p0003-0

DFG



ILLUSTRISSIMUM AC CELSISSIMUM  
PRINCIPEM AC DOMINUM

70.  
Rö

D.N. AUGUSTUM  
IVNIOREM, BRUNOVI-  
CENSUM AC LUNEBURGEN-  
SIUM DUCEM

Secundum Sponsum,

ET

ILLVSTRISSIMAM AC GENEROSISSIMAM

DOROTHEAM

ILLUSTRISMI AC CELSISSIMI  
PRINCIPIS AC Dn.

DN. RODOLPHI, Principis Anhalti-  
ni, Ascaniensium comitis, Cerevestanorum &  
Bernb. Dynastæ, ( $\tau\delta\varsigma\alpha\gamma\iota\omega\varsigma$ ) filiam  
primogenitam

S P O N S A M

CEREVESTAE 26. Octob. legitimæ Conjugij  
Societati per sollemnem copulam initiandos


Piis votis & faustis acclamationibus prosequabantur  
Musæ

JOELIS PINNOVII philos. &  
Poetæ Coronati.



SERVESTAE

Typis Zachariae Dorfferi, M. DG. XXIII.



Uæ Sacra? Quæ Superis? CERERi vel debita  
VESTÆ

Illa soli facies, totam mutata per Urbem,  
Perq; auras latè reboantia murmura Spondent?  
Atria quid, patulis tam terfa & versa fenestris?  
Strataq; tam multo latè fulgentia cultu?  
Quo studio stadioq; senes pueriq; feruntur,  
Collecti qui tecta premunt & compita complent?  
Ecce, etiam medium Phœbus procedit in æquor,  
Harmonicasq; agili vibrissat pollice chordas:  
Et charitum generofa trias, Musæq; canoræ,  
Acra lætisono cantus modulamine mulcent  
Lætitiae polus ipse favet: favet omne Titan,  
Præcipiti punctum dum tramite fertur ad imum,  
Ac propiore legit subjectam lumine terram.  
Ipsa soli facies, radijs adspersa, nitescit;  
Exutumq; velut repetit natura vigorem.  
Me quoq; nescio quis, subductum Spiritus effert,  
Intimaq; in solitum versat præcordia Numen.  
Quidquid id est phœbo discam fortasse docente;  
Nam nova porrectis molitur earmina chordis.

Phœbus,

Sistite Castalides vestra huc delecta Musæ;  
Delicias Charitum tu quoq; Trigatuas:  
Et tua confer, Amor, præsent in numine, dona:  
Auspiciis adsint Juno, venusq; suis.

Tug,

Tuq<sub>3</sub>, Hymenæe, tori dator & fundator honesti,  
Quæ potis es nostris carmina junge Sacris.  
Nam Lunburgiaco præsto est de stemmate prin-  
Quo nihil in toto celsius Imperio. (ceps,  
Qui nobis primo sacer est à limine vitæ,  
Doctaq<sub>3</sub> castaliis labra rigavit aquis:  
Heroem augustâ promittit imagine vultus,  
Et toto OTHONES corpore spirat avos.  
Artibus ingenum, pectus Virtutibus auxit,  
AUGUSTI Que illud nominis omen habet.  
Jamq<sub>3</sub> secunda parat, sociæ post fata prioris,  
Vota; secunda sibi quippe futuraratus,  
Quæ Diis auspiciis coeunt & Sidere dextro,  
In quæ fæda nihil cypria juris habet.  
Perdidit, illustrem regal stemmate, costam:  
Inflictumq<sub>3</sub> altè in pectore vulnus habet.  
Repperit, illustrem regal stemmate costam,  
Et dolor iste sibi par medicamen habet. (quid  
Sanguine Anhaltino quid enim præclarius? aut  
Celsius? aut priscum quid magis esse potest?  
Quid? cui vel pietas, vel cui mage candida cordi  
Rellgio? aut nostri cui mage cura sacri?  
Et tali tantie est de sanguine Sponsa Dynastæ,  
Et talis tanto est congrua Sponsa proco!

Si quid enim Venus, aut si quid Charis ipsa deco-  
Possidet aut Suadet si quis in ore lepos: (ris  
Siphilomela melos, si quem sibi Flora colorem  
Vindicat aut si quis, quem Rosaructet, odor.  
Si quid in orbe joci, si quid salis extat in orbe,  
Si quid & ingenii est, vindicat omne sibi.  
Fungere docta mihi præconis munere cleio,  
Atq; Lyram SPONSI fac resonare genus:  
Et reliqua reliquas SPONSÆ pertexite  
laudes

Non etenim temerè DONA tacenda DEUM.

### Cleio.

Quis vatum calamo det expeditam  
Tām longē seriem rei petitam,  
Tām latē seriem rei patentem?  
Sed nec molle Lyræ melos potentum  
Assurgit numeris ad aëta Divum,  
Multorum sed & unus instar extat,  
Majorum effigies procus suorum,  
Heroumq; jubar potentiorum,  
Magnatumq; decus peritiorum:  
Exemplarq; virūm politiorum.  
Qui, quæ singula singuli capessunt  
Virtutum reliqui brabæia, Solus  
Jovæ munere possidet potentis.

### Polymnia.

Et quis Brunsuigicos nesciat inclytos  
Heroas celebri Semideos satu,

Et

Et nostri generis magnificum decus?  
Quis Sponsum Sophiæ nomine nobilem,  
Et cunctis Charitum numine amabilem?

*Terpsichore.*

Vidimus Sponsum Sophiæ litantem,  
Vidimus phœbi in gremio latentem,  
Hausimus doctam & facili solutam  
flumine linguan.

*Calliope.*

Sponsi latus politula  
Stipat decenter sponsula;  
Cui lacteus genas nitor,  
Et floridus tingit rubor.  
Nec pendulas, nec pressulas,  
Sed blandulas, venustulas:  
Συμμετέρας rarus vigor,  
Cunctis micat sub partibus.  
Nec blandius rosæ rubent;  
Nec mollius plumæ tument;  
Eburneus cedit nitor,  
Et marmoris nutat color.

*Euterpe.*

Vultus in castum recidit pudorem,  
Et pudor spirat charitum decorum;  
Non vagus defert variè retortos  
Error ocellos

A 3

*Erato.*

### *Erato.*

Humor rigat crystallinus  
Tam blandulos ocellulos  
Splendor subest adamantinus  
Et fervet intus spiritus.

### *Melpomene.*

Frontem charis explicat ipsa,  
Residet cytherea capillis:  
Cilijs vestita venustis,  
Palmam tibi pallas ademit.

### *Thalia.*

Mens generosa, decens erecto in pectore gestus.  
Et benè compositum toto systemate corpus:  
Laetitia colla, manus teneræ niveiq; lacerti.  
Frons læta explicitum, recto moderamine pectus,  
Atq; manus agiles; magnum in sermone decorum;  
Et quam pro sexu major sapientia tali.  
Argumenta ferunt magnorum magna parentum,  
Indolis egregiæ & naturæ principe dignæ.  
Ergò, Auguste, modum veteri nunc pone dolori,  
Syrmataq; atritæ tandem depone querelæ,  
Conjuge cum tali generosos concipe motus,  
Pectore te firmo fatis melioribus apta.  
Conjugium felix, Venus, innumerosq; nepotes,  
Nascenti tibi fausta situ promisit, & ipse  
Jupiter ad magnam faciunt quæ cætera sortem.  
Sic & Anhaltina stirps & Lunburgica tandem  
Castraperennanti captabunt cœlica flore.

### *Uranie.*

## Uranie.

AUGUSTE, Dux celsissime  
Nostro excitatus carmine,  
Lætus Dei vel munere,  
Quod obvium est amplectere  
Felicitis in spem te tori,  
Læcti leva cum compare.  
Juno favet pro nuba,  
Tori haud negabit pignora:  
Eros fugit retrograda,  
Eros subibit pectora:  
Nec parca rumpet vincula,  
Quæ vis coarctat intima.

## Hymenæus.

Conjugij Autori quod habes hunc rursus honorem,  
Legitimiq; subis vincula, SPONSE, jugi?  
Cum sociâ, generiq; tuo genioq; decorâ,  
Inq; toro facili, proq; jugo docili,  
Et tua avita Domus, patria & Germania, gaudet,  
Cuī magna in Gentis spes sita flore tuæ.  
Sufficiet robur, præsentî numine, vitæ  
Cuī fuit, & nunc est, credita summa tuæ.  
Illijs auxilio facile est, quodcunq; levatur,  
Quamq; roges prius, est ferre paratus opem.  
Ille vel adjunget cœlo auxiliator aperto  
Subsidio angelicos, agmina larga, choros:  
Et pelagus proprio fundet de fonte bonorum,  
Pravaq; fata, mali fontis, abacta premet.  
Hinc tibi dura jugi poterit vis nulla videri  
Illijs & moles non gravis ulla jugi;

Ipsa



Ipsa etiam, quod in est fellis, dulcedine tinget  
Sponsula in amplexus prompta futura tuos,  
Et quod in est mellis, faciet mage dulce vicissim,  
Costula in affectus ingeniosa tuos.  
Quod reliquum est isto, par Nobile, flore in amore,  
Donaq; prolifici larga capesse tori.




Ia 666

ULB Halle

3

002 177 021



sb-200

Von MC





**Farbkarte #13**



B.I.G.

ILLUSTRISSIMUM AC CELSISSIMUM  
PRINCIPEM AC DOMINUM

D.N. AUGUSTUM  
IVNIOREM, BRUNOVI-  
CENSUM AC LUNEBURGEN-  
SIUM DUCEM

*Secundum Sponsum*

E T

ILLVSTRISSIMAM AC GENEROSISSIMAM

DOROTHEAM

ILLUSTRISMI AC CELSISSIMI  
PRINCIPIS AC Dn.

DN. RODOLPHI, Principis Anhalti-  
ni, Ascaniensium comitis, Cerevestanorum &  
Bernb. Dynastæ, ( $\tau\delta\epsilon\alpha\gamma\alpha\sigma\omega\varsigma$ ) filiam  
primogenitam  
S P O N S A M

CEREVESTAE 26. Octob. legitimæ Conjugij  
Societati per solcmnem copulam initiandos

*Piis votis & faustis acclamationibus prosequebantur  
Musæ*

JOELIS PINNOVII philos. &  
Poetæ Coronati.



SERVESTAE  
*Typis Zacharia, Dorfferi, M. DC. XXIII.*

